UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

Venetijs, 27. Okt. 1501

Jn sole[m]nitate iconie domini saluatoris. Jntroi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

PRopitiare domine ani
me famuli tui. N. pro q̃
tibi offerimus ſacrificiuꝫ lau
dis: vt eam ſanctorum tuorū̃
conſortio ſociare digneris. P.
PRopitiare Poſtcōmu.
domie anime famꝉi tui
N. vt quem in fine iſtius vi
te regenerationis fonte mun
daſti: ad celeſtis regni beati
tudinem facias peruenire. P.
In ſolēnitate iconie domini
ſaluatoris. Introi.
SAnctus deus: ſanctus
fortis: ſanctus ⁊ im
mortalis: qui tollis
peccata mundi miſere nobis ps
Nos autem gloriari oportet in
cruce domini noſtri ieſu chriſti.
Mꝫie ℟ Gloria. Oratio
MAieſtatem tuam clemens
⁊ omnipotens deus: fuſis pre
cibus exoramus: vt ſicut paſ
ſionem imaginis domini ſal
uatoris cuncta deuotione ho
dierna die fideliter recolimꝰ
ita a cunctis erepti demonuꝫ
aduerſitatibus: ſemp̄ tibi pla
cere valeamus. Per eū. Lcō
epiſtole beati pauli apoſtoli
FRatres. O ad roma. xj
altitudo diuitiarum ſa
pientie ⁊ ſcientie dei q̄ꝫ incō
prehenſibilia ſunt iudicia eiꝰ
⁊ inueſtigabiles vie eiꝰ. Quis
enim cognouit ſenſum domi
ni: aut quis conſiliarius eius
fuit: aut prior dedit illi: ⁊ re
tribuetur ei? Quoniaꝫ ex ipſo
⁊ per ipſum: ⁊ in ipſo ſūt om
nia. Ipſi gloria in ſecula ſecu
lorum. Amen. Grad. Salua
tor mundi ſalua nos omnes: ꝑ
virtutem ſancte crucis miſerere
nobis. ℣ Qui ſaluaſti petrum i
mari miſerere nobis. Alla. ℣
Dicite in gentibus: q̄ dominꝰ
regnauit a ligno. Alla. ℣ Dul
ce lignum: dulces clauos: dulcia
ferens pondera: que ſola fuiſti
digna: ſuſtinere regem celorum
⁊ dn̄m. Euangeliū ſm ioān̄e.
IN illo tempore: Dixit ie
ſus turbis iudeorū. Nūc
iudicium eſt mundi: nunc p̄n
ceps mundi huius eycietur
foras. Et ego ſi exaltatus fue
ro a terra: omnia traham ad
meipſum. Hoc autēꝫ dicebat
ſignificans qua morte eēt mo
riturus. Reſpondit ei turba.
Nos audiuimus ex lege: q̄
chriſtus manet in eternum.
Et quomodo tu dicis: opor
tet exaltari filiuꝫ hoīs? Quis
eſt iſte filius hominis? Dixit
ergo eis ieſus. Adhuc modi
cum lumen in vobis eſt. Am
bulate dum lucem habetis:
vt non tenebre vos compre
hendant: dum lucem habetiꝫ:
credite in lucem: vt filij lucis

ſitis. Et dicitur. Credo. Of
ferto. Protege domine plebem
tuam per ſignum ſancte crucis
ab omnibus inſidijs inimicoꝛuz
omnium: vt tibi grataz exhibea
mus ſeruitutem: ⁊ acceptabile
tibi fiat ſacrificium noſtruz. allā.
TE domine ſup/ Secre.
pliciter depꝛecamur: vt
plebs tua chꝛiſtiane dedita fi
dei celebꝛando: glorioſe ima
ginis filij tui paſſionem eter
ne vite conſequi pꝛemia me/
reatur. Per eū. Prefatio de
cruce. Eterne deus. Qui ſa/
lutem humani generis. Cō.
Redemptoꝛ mundi ſigno crucis
ab omni nos aduerſitate cuſto/
di: qui ſaluaſti petrum in mari
miſerere nobis allā. Poſtcom
TUa nobis pijſſime deus
adſit clementia depꝛecā
tibus: vt ſicut venerāde ima/
ginis filij tui ſaluatoꝛis mun/
di venerabile hodierna die
celebꝛamꝯ triumphuz: ita qz
ab oī infeſtatione iniquoꝛum
ſpūum erepti: īceſſanter ad/
hereamus laudibꝯ tuis. p eū.
Miſſa quinqꝫ plagaꝝ ſācriſ/
ſimi coꝛpis ieſu xp̄i. Introitꝯ
HUmiliauit ſemetipm
dn̄s ieſus xp̄s vſqꝫ ad
mortē: mortē aūt crucis
pꝛopter quod ⁊ deꝯ
exaltauit illum: ⁊ donauit illi no
men quod eſt ſuper omne nomē
Ps. Miſericoꝛdias domini ieter/
num cantaboꝛ in generatione ⁊
pꝛogenie. ℣ Gloꝛia. Oꝛatio.
DOmine ieſu xp̄e qui de
celis ad terram de ſinu
patris deſcendiſti: ⁊ in ligno
crucis quinqꝫ plagas ſuſtinui
ſti: ⁊ ſanguinem tuū in remiſ/
ſionem peccatoꝛum noſtroꝛū
fudiſti: te humiliter depꝛeca/
mur: vt in die iudicij ad dex/
teram tuā audire mereamur
venite benedicti. Qui viuis
⁊ regnas in vnitate eiuſdem
ſpūs ſancti deus. per omnia.
Lectio zacharie pphete. ca.
HEc dicit domi/ 12.⁊.13.
nus deꝯ: effundam ſup
domū dauid: ⁊ ſuper omnes
habitantes hieruſalem: ſpm̄
gratie ⁊ miſerationis: ⁊ aſpi
cient in eum quē confixerūt:
⁊ plangent euz planctu: qua
ſi ſuper vnigenitum: ⁊ dole/
bunt ſuper eum: vt doleri ſo/
let in moꝛte pꝛimogeniti. In
illa die erit planctus magnꝯ
in hieruſalem ⁊ dicet: Que
ſunt plage iſte: in medio ma/
nuum tuaruz? Et dicet hijs.
Plagatus ſum in domo eo/
rum qui diligebant me. Fra/
mea ſuſcitare ſuper paſtoꝛem
meum: ⁊ ſuper virum cohe/
rentem mihi: dicit dominus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN